cum virtute traducere. Magiſtratus & honorem militi ſcutum, framea, & galea pariunt: at monacho novitio fides, pœnitentia, & caritas. Fides generat caſtitatem, & humilitatem, & obedientiam, & longanimitatem, atque temperantiam: pœnitentia autem lacrymas: at caritas patientiam & ſpem. Qui aſſidue ex una in aliam cellam tranſit atque digreditur, inanes ſibi cogitationes acquirit: at qui uno in loco ſuſtinet, magis quiete vi-
Sap. Sirac. 6. vit. *A juventute tua, cariſſime, diſciplinam tibi elige: & uſque ad canos prudentiam invenies*. Ab initio juventutis tuæ ſemina agrum tuum, & cura eum, ne forte ſpinæ in ipſo, tamquam in terra inculta, ſuccreſcant. Fructum in eo bonum facito: & ei, qui tibi vires ſuppeditat, da gloriam. Aquæ augent fœnum: & converſatio ſæcularium, paſſionem ſuperbiæ: qui autem timet Dominum, non effertur. Si gratiarum dono effectus ſis dignus, ne propterea ſuperbias: nihil enim ha-
1. Cor. 4. bes boni, quod a Deo non acceperis: & ſi ſecundum ejus voluntatem non ambulaveris, proprium a te auferet, & meliori atque utiliori illud donabit: & tunc ſimilis efficieris ei, qui propulſat & abjicit calamum, qui lituræ cujuſpiam cauſa fuerit. Quemadmodum duo in eodem loco galli: ita duæ ſimul cogitationes in corde monachi. Recede ab alienis, & quieſcet anima tua. Vir ſapiens cuſtodiet mandata: & qui obſervat ea, paradiſum æternarum deliciarum poſſidebit.
Prov. 22. Eccleſ. 7. *Melius eſt nomen bonum, quam divitiæ multæ: ſuper aurum vero & argentum gratia bona*. Animam torpentem conſolare ac cohortare, & Dominus cor tuum confirmabit. Si poculum vini poſt orationem opportune acceperis, ſtudioſe ad cellam tuam vade, & clauſo oſtio gratias age Domino, qui tibi diſpenſavit & diſpenſat. Nam ſermones a prandio multiplicare, ſpectra & peccata generat. Vir ebrius agit & loquitur veſpere quæ non oportet, & quorum diluculo illum pœnitet: qui ſi rurſus vinum invenerit, ad eadem relabitur. Si ſemel malum expertus ſis, obſerva te in poſterum. Scriptum
1. Joan. 5. quippe eſt: omnis qui natus eſt ex Deo, cuſtodit ſeipſum, & malus non tangit ipſum. Noli vinum bibere ad ebrietatem, cariſſime, etiamſi vehementer te orent qui adſunt amici: nam ſi te vinum ſuperaverit, præ cunctis ii, qui hortatores tibi fuerant, in te ſcandalizabuntur. Attende porro, ne ab oblivione vincaris. Laborat & angitur ventri deditus, conteriturque, dum ventrem ſuum cibis replere ſtudet: & ubi comedit, circa digeſtionem torquetur: temperantiam vero ſequitur & ſobrietas, & vigilantia. Monachus vagus non erit invulneratus, niſi animo excubaverit: qui autem patienter in quo vocatus eſt

loco

A ρετον βίον κεκτῆσθαι. Ἀρχὰς στρατιώτῃ ὅπλον, ῥομφαία, περικεφαλαία τίκτει· ἀρχαρίῳ δὲ μοναχῷ πίστις, μετάνοια, ἀγάπη. Πίστις τίκτει τὴν ἁγνείαν καὶ τὴν ταπεινοφροσύνην, τὴν ὑπακοὴν καὶ μακροθυμίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν· ἡ δὲ μετάνοια, τὰ δάκρυα· ἡ δὲ ἀγάπη, τὴν ὑπομονὴν καὶ ἐλπίδα. Ὁ μεταβαίνων συνεχῶς ἀπὸ κελλίου εἰς κελλίον ἕτερον, κτᾶται κενοὺς λογισμούς· ὁ δὲ ὑπομένων ἐν τόπῳ ἑνὶ
B μᾶλλον ἡσυχάσει. Ἀγαπητὲ ἐκ νεότητός σου ἐπίλεξαι παιδείαν, καὶ ἕως πολιῶν εὑρήσεις φρόνησιν. Ἐκ νεότητός σου σπεῖρον τὸν ἀγρόν σου, καὶ φρόντισον αὐτοῦ μήποτε ἀναβῇ εἰς αὐτὸν ὡς εἰς χέρσον ἄκανθα. Ποίησον ἐν αὐτῷ καρπὸν καλὸν, καὶ τῷ ἐπιχορηγοῦντι τὴν ἰσχὺν, δὸς δόξαν. Ὕδατα χύουσι χόρτον, καὶ συντυχία κοσμικῶν, πάθος ὑψηλοφροσύνης· ὁ δὲ φοβούμενος τὸν Κύριον οὐκ ἐπαίρεται. Ἐὰν ἀξιωθῇς χαρίσματος, μὴ ὑψηλοφρόνει· οὐδὲν γὰρ
C ἔχεις καλὸν ὃ μὴ παρὰ Θεοῦ ἔλαβες· καὶ ἐὰν μὴ πορεύῃ κατὰ τὴν ἐντολὴν καὶ βουλὴν αὐτοῦ, ἀφελεῖται τὸ ἴδιον ἀπὸ σοῦ, καὶ τῷ χρηστοτέρῳ δωρεῖται αὐτό· καὶ τότε ὁμοιωθήσῃ τῷ ἀποβιάζοντι κάλαμον τελέσαντι τὴν ἐμβαφήν. Ὥσπερ ἀλεκτορίδες δύο ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὕτω δύο λογισμοὶ ἐν καρδίᾳ μοναχοῦ. Ἀποχώρει τῶν ἀλλοτρίων, καὶ ἡσυχάσει σου ἡ ψυχή. Φρόνιμος ἀνὴρ συντηρήσει ἐντολὰς, καὶ ὁ συντηρῶν αὐ-
D τὰς, ἐκτήσατο παράδεισον τρυφῆς αἰωνίου. Κρεῖσσον ὄνομα ἀγαθὸν, ὑπὲρ πλοῦτον πολύν· ὑπὲρ δὲ χρυσίον καὶ ἀργύριον, χάρις ἀγαθή. Ψυχῇ ὀλιγωρούσῃ δὸς λόγον παρακλήσεως, καὶ Κύριος στηρίξει σὴν καρδίαν. Ἐὰν εὐκαιρήσῃ ποτήριον οἴνου μετὰ τὴν εὐχὴν, σπουδαίως εἰς τὸ κελλίον σου πορεύθητι, καὶ κλείσας τὴν θύραν, εὐχαρίστει τῷ Κυρίῳ τῷ οἰκονομήσαντι καὶ οἰκονομοῦντι. Τὸ γὰρ ἀπὸ ἀρίστου
E πληθύνειν λόγους, ἔποπτα καὶ συντρίμματα γεννᾷ. Ἀνὴρ μέθυσος πράττει καὶ λαλεῖ ἑσπέρας ὃ μὴ δεῖ, καὶ ὄρθρου μεταμελεῖται· καὶ ἐὰν πάλιν εὕρῃ οἶνον, τοῖς αὐτοῖς πάλιν χρᾶται. Ἐὰν πειραθῇς ἅπαξ, παραφύλαξαι τοῦ λοιποῦ. Γέγραπται γὰρ, ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ, τηρεῖ ἑαυτόν· καὶ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ. Μὴ πίνε οἶνον εἰς μέθην, ἀγαπητὲ, κἂν δυσωπῶσί σε οἱ παρόντες φίλοι· ἐὰν
F γὰρ ὑπερνικήσῃ σε ὁ οἶνος, πρὸ πάντων οἱ προτρεψάμενοι σκανδαλισθήσονται εἰς σέ. Πρόσεχε δὲ σφοδρῶς μὴ κατακυριευθῆναι ὑπὸ τῆς λήθης. Κοπιᾷ γαστρίμαργος καὶ συντρίβεται ἐμπλῆσαι γαστέρα αὐτοῦ ἐδεσμάτων· καὶ φαγὼν ὀδυνᾶται περὶ τὴν πέψιν· τῇ δὲ ἐγκρατείᾳ ἀκολουθεῖ ὑγιεία καὶ νηφαλιότης. Μοναχὸς κυκλευτὴς οὐκ ἄτρωτος ἔσται, ἐὰν μὴ νήψῃ· ὁ δὲ ὑπομένων ἐν

ᾧ